



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

146. An Superiores Regulares nolentes admittere aliquem absque causa in Religionem ad annum Novitiatus, peccent mortaliter? Et quid, si petens ingressum haberet votum ingrediendi Religionem eius ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

aliquando probabiliter euentura sperat, & conuincit, vt quando ex respectu humano obleruat eos à se, vel ab alijs ad illam moueri: quare opus est bona discussione, discretionem, & probationem, vtum spiritus à Deo sit. Et sanè parentes sæpius grauius peccant, dum proles sine discrimine, & examine protrudunt ad monasteria, vt se à sumptibus liberent, vel vt hæreditas inter pauciores diuidatur: sicuti, & illi Magistri reprehendendi sunt, qui inducunt, & quasi pertrahunt indifferenter quoslibet, quos apprehendunt Religionem futuros viles, siue propter ipsorum media temporalia, siue propter dotes nature, non satis attendentes vtum in persona eluceant signa, ex quibus prudenter possit iudicari, quoddà à Deo ad eiusmodi statum ordinentur, ac vocentur, & hinc postmodum lacrymæ, & tot incommoda.

6. Hoc supposito ad difficultatem propositam affirmatiuè respondet Nauarrus in *Man. cap. 12. n. 44.* & Doctores communiter. Sed non delectam hic obleruare Fillicium, contrarium docere, nisi in raro casu; Vnde *tom. 2. tract. 32. cap. 6. num. 171.* sic ait: Dico secundo retrahens Nouitium, vel alium volentem ingredi, non ex iusta causa, sed ex vanis rationibus ob spem honorum, diuitiarum, voluptatum, difficilem vitam Religiosam, & molestias quas passurus esset, abique eo quod adhibeat vim, metum, vel fraudes, ad nihil tenetur Religionem, quia hæc nullum ius acquisiuit adhuc in eum; nec ipsi retracto, quia supponimus non decessisse fraudibus, &c. Sed tantum profuisse rationes quidem mundanas, & vanas; ex quibus tamen voluntariè & liberè alter inductus est ad egressum, quare peccauit tantum vt plurimum venialiter; in aliquo casu, at si insignis Religiosus sperabatur, etiam mortaliter. Ita ille, & post illum nouissimè P. D. Constantinus à Castro Mortariano in *Collect. Theologia moralis tractat. 2. cap. 2. art. 1. §. 4.* Sed ego non recederem à sententia communi, quæ, vt diximus in tali casu peccatum mortale constituit, læditur enim charitas erga proximum in re graui.

7. Notandum est hic obiter, quod qui vi, vel fraude Nouitium, vel alium impediuit à profitenda Religionem, quamuis ex iustitia non teneatur se vel alium loco eius ponere, obligatur tamen ex iustitia Religionem compensare temporale damnum, si quod patitur, & proinde restituere tantum quanti valebat spes commodi, quod ex eius donatione, vel industria fuisset expectatum. Notandum tamen est, si Nouitius, vel professus putetur fraudem satis aduertisse, tunc alterum ex iustitia non videri obligatum de istis damnis, quia non poterit dici fraus propriè fuisse causa egressus, nec ipsa egressio cenferi potest ei inuoluntaria propter aliquam ignorantiam. Similiter quidam probabiliter existimant, seductorem non amplius ex iustitia teneri de sequentibus damnis, quando vim, vel fraudem amouit, & seductum sic restituit suæ libertati, intereà temporis, dum illi adhuc integrum est redire. Ita Less. *suprà cap. 17.* & alij: quia tunc non videtur alter censendus causa, quod Monasterium priuetur spe commodi, sed potius implemet, qui ex plena libertate non vult redire; secus si tunc ei non sit integrum redire propter impedimenta interiecta per egressum, imò si occasione violentiæ, vel fraudis, factum sit, quod mutauerit omnino animum, videbitur seductor dicendus causa damni; non obstante, quod vim, vel fraudem tempestiuè semouerit, secus si ex alijs causis animum mutauerit.

8. Sed difficultas mouetur circa Religiosum profectum, quando quis eum sine vi, vel fraude ex monasterio seduxit; vtum hic ex iustitia teneatur Monasterio de huiusmodi temporalis cõmodi carentia; vt

Tom. VII.

si Monasterio aliqui prouentus notabiles, aut elemosinæ soleant obuenire ex eius functionibus, vt ratione concionum, aut professionis literarum, &c. quæ occasione eius absentia siue egressus cessant, quidam non improbabiler id affirmant.

Sed pars negatiua magis communiter à Doctoribus tenetur, ita Sotus, Nauarra, Salohius, & Malderus, quos citat, & sequitur Viget, *vbi supra.*

RESOL. CXLVI.

An Superiores Regulares nolentes admittere aliquem absque causa in Religionem, ad annum Nouitatus peccent mortaliter?

Et quid, si petens ingressum haberet votum ingrediendi Religionem eius superioris, à quo petit admitti, an ille negans simpliciter ingressum peccet mortaliter, si nullam habeat legitimam causam negandi ingressum?

Et an peccent negantes suffragium Nouitio idoneo ad professionem? Ex part. 10. tract. 13. & Miscel. 3. Refol. 6.

§. 1. Negatiuè respondet P. Bordonus in *Consl. Regul. tom. 2. resol. 54. n. 138.* vbi sic ait: Nullum videtur peccatum Superiori, vel cuilibet alij facultatem habenti Nouitios recipiendi ad Religionem illis simpliciter negare ingressum, quamuis alias possent illos recipere. Suadet quia nulla lex suadet huiusmodi receptionem: ergo nolle quem recipere ad Religionem ex mero arbitrio nulla est transgressio, consequenter neque peccatum. Confirmatur: Tum quia impedire alicuius bonum nullum est peccatum, nisi impeditus ad illud habeat ius saltem ad rem, & ipse Nauarrus *cap. 17. num. 97.* hic autem, qui ingredi cupit nullum ius habet, ergo non dicit iniquè impediri. Tum quia quod dicit Christus, *Eum qui venit ad me non eiciam foras*, explicatur de accessu per fidem, nullus enim ad fidem venire volens à Christo eicitur foras. Alcuius super dicta verba: vel secundum Lyranum super eadem verba, eum qui venit ad me per vocationem non eiciam foras, quia omnis prædestinatus tandem saluabitur. Quare quale est arbitrium volentis ingredi, talis potest esse voluntas superioris, consequenter sicut in optione est ingressus, & nolle ingredi ex parte petentis, ita & Superiori liberum est, recipere, & non recipere Nouitium. Neque obstant adducta in oppositum, in quibus adest malitia, non in casu nostro, in quo Superior ex potentia sui arbitrij, in quo stat pro ratione voluntas, simpliciter negat ingressum. Præterea Superior non dicitur dissiadere à bono, sed simpliciter vt iure suo non recipiendi aliquem ad Religionem, cum ad id nullam habeat obligationem; persona autem priuata nullum ius habet in ordine ad statum Religiosum, consequenter ex se simpliciter dicitur persuadere malum, & dissiadere bonum, Superior vero regularis dicitur simpliciter ex iure suo negare illi ingressum, & nequaquam persuadere malum, aut dissiadere illi bonum. Quid si petens ingressum haberet votum ingrediendi Religionem eius Superioris, à quo petit admitti? An negans simpliciter ingressum peccet mortaliter si nullam habeat legitimam causam negandi ingressum? Non peccat, quia per emissionem illius voti nulla obligatio inducta fuit in Superiore regulati: ergo sicut ante potest illi negare ingressum, neque inde sequitur peccatum aliquod in vouente, qui non potuit adimplere præceptum, cum per eum non steterit modò habeat requisita ad ingressum, vt supponitur. Hucusque Bordonus. Et hanc sententiam singularem putauit quidam Theologus, sed malè: nam

nam illam tenet Cardinalis Lugo de *Iust. tom. 1. disp. 9. sect. 3. in Append. n. 54.* & alij, cum docto, & amicissimo P. Garcias, in *Polit. Regul. tom. 1. tract. 2. diffie. 4. dub. 2. n. 2.* quia ait ille. *Aunque es verdad que la caridad me obliga, á no disuadir, ni impedir á uno tanto bien, como es querer aspirar á la perfeccion, pero no me obliga esto á que de mis bienes; ni que mis acciones, ó obras concloran positivamente á que el se haga capaz, y alcance este bien, porque la misericordia no obliga gravamente, sino quando el proximo está en grandissima necesidad, y la omission de entrar en Religion no es mal gravissimo; luego la obligacion de recibirle no puede caer debaxo de culpa mortal.* Ita ille, qui citat alios.

2. Sed affirmatiue sententiæ adheret Castrus Palaus, *tom. 3. tract. 16. disp. 1. punct. 9. num. 15.* vbi sic ait: Quod si roges, an Superiores, quibus competit Nouitiorum receptio, peccent si renuant recipere quem habilem, & aptum Religioni inuenerint? Respondet optimè Suarez *to. 3. de Relig. lib. 5. c. 10. n. 28.* Peccare grauius, si absque vlla rationabili causa moueantur. Tum quia Religioni officunt, illius Nouitij obsequi priuantes, & iurisdictione sibi data abutentes. Tum quia securam viam salutis procurant sine causa præcludunt. At si causa subit, clarum est nullum esse peccatum. Est autem sufficiens causa denegandi ingressum petenti, si alius aptior, imò æqualis reperitur, vel speratur breui reperiendus, & Religio commoditatem temporalem non habeat vtrumque alendi. Ita Palaus. Verum ego non auderem damnare de peccato Mortali Superiores renuentes recipere ad Religionem aptum, & habilem; & ideo adhaereo magis negatiue opinioni: & est dispar ratio de hoc casu, & de negantibus suffragium Nouitio idoneo ad professionem, isti enim, vt alibi firmauimus, peccant mortaliter, vt me citato fusè probant Lugo, Bordonus & Garcias, vbi supra.

Alibi in RR. quæ hic sunt infra 173. & 174.

RESOL. CXLVII.

An Prælati Regulares omitentes informationes, quas præcipit Sixtus V. in receptione Nouitiorum, peccent mortaliter? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 82.

Sup. doctrina huius R. infra io R. 149 § Quo quarto in prin.

§. 1. AD hanc quæst. respondet Barthol. de Vecchis in *praxi nouit. disp. 6. dub. 1. n. 6.* vbi sic ait. Quo verò ad conditiones, quarum inquisitio præcipitur in constit. Sixti V. vel etiam illa tradita à Regula nostra, vt se. examinetur de fide Catholica, & c. Dico maiorem difficultatem esse, an prætermisso inquisitionis eorum sit peccaminosa: nihilominus cenfeo recipientem nullo peccati nexu illaqueari, omitendo eam circa omnes, vel vnam, aut alteram ex his conditionibus, quotiescumque, vel ex certa scientia, vel ex probabilibus indicij, seu coniecturis pro certo habet, non esse necessariam respectu personæ, quæ in Religionem admitti postulat. Ita Vecchius.

RESOL. CXLVIII.

An Prælati recipientes Nouitios sine dicta informatione incurrant in penas Bullæ Sixti V. si Nouitius careat illis defectibus? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 83.

Sup. hoc in R. seq. signa ter in § Quo quarto ad med. & in to. 6 tr. 1. R. 69 § Item de

§. 1. Respondeo negatiue & ita ex Rodriq. in *qq. Reg. to. 3. q. 5. art. 4.* docet Laur. Portel. in *dub. Reg. ver. Nouitij informationes, n. 6.* vbi sic ait. Cōsolatorium valde est, quod doctè notauit Rodriq. ex verbis Bullæ Sixti V. videlicet quod Prælati omitentes informationes non incurunt penas Bullæ, nisi à par-

te rei Notitius sic receptus absque informationibus fuerit alius criminofus, & ligatus aliquo impedimento, to ex ibi notatis: si enim careat omni impedimento, non incurrit penas, quia textus ligat solum recipientes criminofos, Ita ille, & post illum nouissime tenet etiã Barthol. de Vecchis in *praxi Nouit. disp. 7. dub. 1. n. 3.* & ita ego olim liberaui à magnis angustis quendam Superiorem Regularium, contra quem Fratres subditi insurgent propter receptionem cuiusdam Nouitij, non præcedente informatione de vita, & moribus secundum Bullam Sixti V.

RESOL. CXLIX.

Elucidantur aliqua circa informationes sumendæ quoad Nouitios virtute Bullarum Sixti V. & Clem. VII. Vbi dicitur si casus etiam pro Nouitijs Laicis, seu Conuersis, puellis Nouitijs, & Equitibus Ierosolymitanis alia Religionem volentibus ingredi in textu huius Resol. adducuntur. Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 54.

§. 1. SUppono quod Sixtus V. in sua Constitutione edita 1587. inhabiles non solum ad professionem, sed etiam ad habitus susceptionem constituit illegitimos, criminofos, & ingenti ære alieno grauatos, & ratiocinijs reddendis obstrictos, quæ constitutio, quoad inhabilitatem, seu nullitatem habitus, & professionis, Clem. VIII. reuocauit. Quoad penas autem tam ingredientibus, quam recipientibus ibidem positas, & quoad ingressum, in sua vi, & firmitate reliquit. Greg. verò XIV. profus sustulit quod de illegitimis Sixtus disposuerat, & ad ius commune reduxit. Solum ibi cauet, ne illegitimus in Religionem recipiatur, in qua P. eius superites sit. Excludit igitur Sixtus V. à Religione circumcisos non quoscumque, sed qui furta, latrocinia, rapinas, homicidia, aliæ facinorosa patrarunt, timentesque ob ea puniendos esse, & vt punitionem effugiant ad Religionem confugiunt. Debent ergo delicta esse publica, non occulta: nam ob occulta delicta punio non timetur, & non vnumque publica debere esse, sed de quibus specialis inquisitio facta est, neque reus absolutus est, vel punitus: nam stante absolutione, delictum manet occultum, stante punitione fini Constitutionis est satisfactum; & consequenter poterit Religionem ingredi, Suarez *to. 1. de Relig. lib. 5. c. 7. a. n. 15.* Deinde excludit Religionem ingenti ære alieno grauatos, qui culpa sua in impotentiam satisfaciendi deuenerunt, si tamen spem habent aliquando satisfaciendi; conlat ex illis verbis: Multi decoctores post dilapidatam rem familiarem. Quare si absque sua culpa supra vires debitis grauati sunt, esto breui tempore expectato satisfacere possint; non comprehenduntur in hac constitutione, tamen iure naturæ à Religione impediuntur. Tandem excludit obnoxios ratiocinijs reddendis, siue publicis, siue priuatis: illos tamen, quibus ex humilitatis causa, vel molestia eis iam illata est, vel timendum sit ne inferatur. Nam si absque lite, vilòve grauamine aut distictione creditur rationes reddi posse, optime possunt Religionem ingredi. Sed hæc non debent facile præsumi.

2. His suppositis cum Castro Palaus *tom. 3. tr. 1. Etat 16. disputat. 1. §. 4. numer. 10.* & alij, vbi infra, quia ista materia est satis practicabilis, & quotidiana; ideo quero primò. An prædictæ informationes sumendæ sint de Nouitijs Laicis, seu Conuersis? Et negatiue respondet Bordonus in *consil. Regul. tom. 2. resol. 53. nu. 82.* vbi sic ait: Constitutio Sixti V. videtur solum loqui de volentibus ingredi, vt Clericis; vt colligitur ex initio Bullæ. Cum de omnibus Ecclesiasticis ordinibus in ea, quæ conuenit puritate, &